



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De certamine, contra quotidiana vitia. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

repleberis Spiritus sancti consolatione. Solitudo & silentium, oratio & ieiunium, arma sunt monachorum.

2. Laborare in die, vigilare & orare in nocte, sanctorum exercitium speciale. Hoc Deo & angelis est acceptum, dæmonibus contrarium, iuuenibus utile, senibus delectabile, pigris graue, deuotis leue & suave. Cum non potes bene vigilare, studeas Iesum inuocare, & fugiet a te diabolus bonorum inimicus. Si non potes dormire praeterea stitia, studeas Mariam salutare cum laetitia; & caderit tibi angelus sanctus bonorum amicus. Si tèdet orare, studeas psalmos ruminare, & confortabit te Spiritus sanctus, consolator optimus, doctoR intimus, illustrator cordis maximus.

C A P V T I V .

De certamine, contra quotidiana vitia.

1. Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Idecirco psalm. xi. 9. induit arma sanctæ crucis certa, sicut fortis miles: stude, ut bonus clericus: ora, ut deuotus monachus: labora, ut fidelis Dei seruus, & eris in celo gloriore coronatus. Clavis clavis expellitur, vitium virtute superatur. Ira silentio compescitur, gula ieiunio refrenatur. Otium labore fugatur, risus dolore castigatur. Odium amore necatur, hostis beneficio placatur.

2. Pax cordis patientia acquiritur; & qui alios leuiter arguit, indignationem citèd incurrit. Parva enim rerū implicatio, multa pacis est acquisitionis. Sæpe hoc dicitur, & sæpe repetendum est, ut bene custodiatur: nil dictu facilius, nil factu beatius, Christo referente; si scitis haec, beati eritis, si feceritis ea. Verboi multi, taciturni autem pauci. Cupidi multi, pauci paucis contenti. Nemo perfectè contentatur, nisi summo bono plenè fruatur.

3. Inops est omnis mensa, pane carés & sale. Insipida refectio, si desit sacra lectio, & affluunt inania verba. Optimū ferculum animæ, verbum Dei audire, & bene masticare. Dulcicibo ille pascitur, qui sacris verbis delectatur. Diu aridus & indeuotus erit, qui vanalibenter audit & querit.

C A P V T V .

De optimis bonis anime.

1. Diligam te Domine virtus mea. Inter nobiles, nil virtutem nobilior: inter ignobiles, nil vitio deterius. Inter pulchros & honestos, nil castitate pulchrius; inter scientias, nil sapientia altius; inter deuotos libros, nil vita Iesu Christi salubrius. Inter omnes preces & laudes Dei, nil Pater noster sanctius, nil Ave Maria dulcior, & angelis iucundius.

a. Om.